

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Sebastian Wirdig Matthias Tiling

Dissertatio Medica Scorbuti Theoria Et Therapia

Rostochii: Kilius, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730121739>

Druck Freier  Zugang



Inacs: Sebastian Würdig
Reopr.: Matthias Tilingius
R. M. med. v. 20. 2. 1658

62

DISSERTATIO MÉDICA
DE
SCORBUTI
THEORIA ET
THERAPIA,

Quam

Divinâ Annuente Gratiâ
Auctoritate & Consensu amplissimæ Facultatis
Medicæ in Illustri & antiqua Rosarum Academia,

PRAESIDE

VIRO Excellentissimo & Experientissimo.

DN. SEBASTIANO WYKÖYG,
Med. ac Phil. Doctore celeberrimo, hujusq; Facul-
tatis Professore ordinario, p. t. DECANO spectabili,
Domino Praeceptore, Evergetâ & Promotore, uo
omnem ætatem colendo,

Publicæ Philiatrorum ventilationi

in

Acroaterio Majori
exponit

A U T O R

MATTHIAS TILINGIUS,

Jheverâ-Frisius.

ad diem 20 Februarii.

ROSTOCHII, Typis Hæredum NICOLAI KILII,
Acad. Typ. ANNO M. DG. LVIII.

66





Θεῖς μεγάλοι ἔντυποι!

DE
SCORBUTI THEORIA
ET THERAPIA.

DISSERTATIO I.

Quemadmodum temperantia fundamentum est vita & mater sanitatis: ita intemperantia morborum plurimorum, mortisque non raro existit occasio. Plures crapula & luxus homines, quam mors naturalis perdidit. Occidunt te ipsos, & αὐτόχθονες sunt: quamq; benigna parens natura satis longam dederat vitam, propriâ culpâ præcidunt. Sapienter admodum monet sanctissimus morum emendator Syracides: Vide, ne moriaris tempore non tuo. Enimvero dum inordinatè vivimus, humor radicantis suffocatur, absimitur oxyus; calor ingentius properiter extinguitur, in quibus deabus rebus vita salus fundata est. Hinc Hippocrate olim quasi ex tripode dixisse legimus l. 4. de morb. Ei δέ των

προσόλιγα εὐδίαι, καὶ προλίγα πίνει,
ἀδεμίας τε τρφωνεσσι επάγει. Si ho-
mo pauca ederet, paucaq; biberet,
nullis infestaretur morbis. Et 6.
Epidem. comm. 4. text. 22. Ασκητος
ιγρίαν ακεψίν τροφής, ακεψίν
τώνων. Sanitatis studium est, non
satiari cibo, & impigrum esse ad
labores. Ut igitur plures senten-
tiae nostræ calculi adjiciantur, uni-
cum impræsentiarum exemplum
in medium projecturi sumus. Po-
dagrā & chiragrā raro castrati, vel
pueri, ante foeminae coitum, vel
mulieres, nisi menstrua suppressa
sint, afficiuntur, ut Medicorum
maximus, & hujus Scientiæ condi-
tor Hippocrates, qui, ut Macro-
bius scribit, tam fallere, quam fal-
linescit, See. 6. aphor. 29, & ma-
ximus maximi Hippocratis æmu-
latores Corn. Celsus lib. 4. c. 24. af-
firmat.

ΕΠΙΤΟΛΗ

DISSE R TATIO

firmârunt. Nunc verò mulieres per sentiscunt ejusmodi dolores, & antequam deficiant menses, & cum parcè fluunt, & cum mediocriter. Rationem forsitan commodiorem præter intemperantiam (nisi aliquis & aëris inquinatum, & alia $\pi\tau\alpha\eta\mu\delta\epsilon\nu\mu\alpha\lambda\zeta$ ipsi ascribere velit) nemo reddet.

2. Intemperantiam v. omnes morbi tanquam proliferam morborum matrem non agnoscent, quippe dantur multi, quorum semina & rudimenta nobis inhærent, & à paterno semine & sanguine materno in nos propagantur; parentibus enim liberi succedunt non minus morborum, quam possessionum hæredes, ut cum di-
vino nostro Fernelio lib. i. pathol. c. ii. loquamur. Futura sanitatis fundamentum in conceptione & semine parentum consistere statuit celeberrimus Sennertus lib. 4. Instit. Med. part. 2. c. 2. ideoq; ut elegantissimus Fernelius lib. i. pathol. c. i. scribit, si agricolæ semen tem facturi, purum & foetum semen feligunt, experti frugem malam è marcido percipi: quanto diligentius, id in procreandis liberis observandum.

3. Morbi ex vitiis & erroribus quotidiani circa cibum potumq; commissis, annuente nonnūquam aëris dispositione incomoda, pro-

gnascentes, secundum Galenum in præfat. lib. I. Epid. & B. Jac. Fabricium in dissertat. de Nov-antiq. capit. morbi & dolor. th 3. 4. p. 2. in communis $\pi\tau\alpha\eta\mu\delta\epsilon\nu\mu\alpha\lambda\zeta$ καὶ παρ-
 $\delta\pi\mu\pi\zeta$ Græcis dictos, vel $\pi\tau\alpha\eta\mu\delta\epsilon\nu\mu\alpha\lambda\zeta$ dispersos seu privatos dispe-
scuntur. Hi in diversis homini-
bus dispari specie passim & spar-
sum grassantur, & unumquemque
privatim, non universam plebem
infestant, ac quovis anni tempore,
nunc hos, modo illos adfligunt:
quo recententur pleuritis, peri-
pneumonia, phthisis, nephritis, & id
genus alii morbi. Illi universa-
les etiam dicuntur, quod absq; de-
lectu universum quasi genus hu-
manum eodem tempore corripiunt.

4. Hi rursum dividuntur in
 $\pi\tau\alpha\eta\mu\delta\epsilon\nu\mu\alpha\lambda\zeta$ & $\pi\tau\alpha\eta\mu\delta\epsilon\nu\mu\alpha\lambda\zeta$. Endemii
nobis vernacula, connutriti, ordi-
narii, patriiq; nominantur, & qua-
vis anni tempestate eandem regio-
nem aut locum infestant, ac sine
ulla intermissione illius incolas
affligunt, propter communem &
domesticam causam. Hinc & non-
nullis $\pi\tau\alpha\eta\mu\delta\epsilon\nu\mu\alpha\lambda\zeta$ καὶ πατησί regio-
nales & locales dicuntur, de qui-
bus Hippocrat. noster in lib. de aër.
aq. & loc. egit. Ita popularis est
Bronchocele Styriae asperæ inha-
bitantibus: Mediolanensisibus Po-
dagra; Epilepsia Florentinis; Lues
venerea

DE SCORBUTO.

venerea Americæ: Maris Balthici, Finnici, & Bothnici sinitis accolis, iisq; , qui Germanico Oceano adjacent, Saxonibus, Frisiis, Batavis, totiq; Scaniae, quæ Danos, Norwegos, Svecos complectitur, Scorbutus. Epidemii dicuntur, qui non semper continuoq; , sed per intervalla, aliquibus anni temporibus exorti, jam in hac, jam in illa regione gravantur, tandemq; desinunt, & inducias potius, quam firmam perpetuamque pacem mortalibus ægris concedunt; vulgares alias & populares nominantur, quod vulgo & populo quam maxime sint infesti.

5. Ad proprios morbos, & quidem Endemiorum classem, nostrum, quem in præsentiarum describere satagit, referimus, Scorbutum, quod regionibus Septentrionalibus, & maris Balthici, Finnici & Bothnici accolis, iisq; , qui Germanico oceano, & Saxonie inferiori adjacent, puta Hollandiæ, Selandiæ, Flandriæ, Brabantia, Islandiæ, Frisiæ, Westphaliæ, Daniæ, Sveciæ, Norwegiæ, & finiti mis populis malum sit peculiare, endemium & vernaculum. Ne igitur diutius generaliorib; differen tiarum morborum recensionibus & explicationibus immoremur, negotium ipsum aggrediemur. Me prius pleno gradu ad Archia-

trum Cœlestem, humanæ salutis autorem, & conservatorem, con ferro, calidis ipsum sollicitans votis, ut salatum meum ita dirigat, quò omnia, quæ in lucem sum pro tracturus, in summi numinis gloriam, multorumq; hominum in columitatē excrescere videantur.

6. De tempore, quo Scorbutus expullulavit, varia disseminantur litigia. Non tamen heri aut ante aliquot septimanæ in hanc se se protrudit lucem, sed statim post miserabilem protoplastorum lapsum, eum, cum morborum non sit extimus, peccatum, ut morborum omnium, imo ipsius mortis effetrix, consecutum esse, credimus, monstrante, hoc clarissimè Bruno Seidelio in lib. de morb. incurab. pag. m. 123, 126. & licet non nomine nobis usitato, re tamen ipsa cognitus, utpote, cum hodie nulli morbi (semel enim ex pandore, pixide evolando, ut loquitur Petrus, prosapiam suam compleverunt) generentur, qui non actu antea extiterint: vel saltē in causarum potestate latuerint, ad occasionem, quâ prorumperent, reservati.

7. Non inutilis & supervacanea hic est quæstio, an priscâ Medicorum ætate, historica Scorbuti cognitio latuerit? Non latuit eos alias illa malorum, & lerna mor

A 3

borum,

DISSERTATIO

borum, sed verum, genuinum & proprium nomen ipsi adscribere nequiverunt.

8. Scorbutus à Marcello, qui Gratiani & Theodosii Imperatör. etate viguit, ut Junius in Nomenclator. refert, salutatur oscedo; non vero istud malum, cuius mentionem facit Gellius lib. 4. c. 20, quō qui laborant, halitus vaporos in musculis, masticationi dicitur, & inferioremaxillam motu ventribus, harentes, oris hiatu expellunt; sed ab hoc multis parsangis distat, siccq; nomine saltem, nullo vero modo convenient. Subsidia quoq; media & auxilia, quib⁹ Marcellus c. II. de Re med. morbosam hanc dispositionem eradicare contendit, non oscitationis virtus, sed Scorbuto, & gingivarum exulcerationi utibilia deprehendimus.

9. Naturæ venator & scrutator ingeniosissimus Plinius, morbi cuiusdā, quem Stomacen & Scelotyrben appellavit, mentionem facit lib. 25. histor. Nat. c. 3. his verbis: non bestiarum solum ad nocendum scelerata sunt, sed interim aquarum quoq; & locorum In Germania trans Rhenum, Castris à Germanico Cæsare promotis, marino tractu sors erat aquæ dulcis solus, quæ pota, intra biennium dentes deciderent, compagesq; in genibus dissoluerentur, stoma-

cacen Medici vocarūt & Scelotyrben. Morbum hunc, quem sibi Germanici Cæsar milites trans Rhenum acquisiverunt, nullum alium, nisi Scorbutum fuisse, sequentibus demonstramus rationibus. 1. Cum his in locis, in quibus Cæsar Germanicus trans Rhenum castra posuit, malum hoc maxime grasseatur. 2. Ex victu pravo, ejusq; ex inopia, sèpè varietate, in castris Scorbutum facile contrahere potuerunt. Hinc cum è pravo cibo bonus chylus generari non possit, & errata coctionis primæ non corrigantur in secunda, multi pravi humores in viis primis cumulan- tur, qui cum chylo ad epar, & hinc in venæ tām portæ, quam cavae rānos derivantur, atq; ex ipso chylo pravo pravus sanguis generatur, qui sponte ad corruptionem tendit, tandemq; accedente aëris constitutio incommoda, peculia- rem huic morbo αἴσιν & occultam corruptionem ac depravatio- nem suscipit. 3. Quod militibus dentes deciderint, compagesq; in genibus dissoluerint, in aquæ dul- cis potum non immerito causam referimus. Licet n. aqua, quam adhibuerunt, non solum palato, sed & visceribus gratissima fuerit, attamen, propter crassiorē for- tasse substantiam, obstructions facile in hepate & liene parere po- tuit.

DE SCORBUTO.

tuit. 4. Medici latini, & Græcae lingue periti, exercitum Romanum sequentes quoniam nomen Scorbutus ipsis non erat obvium, ex symptomatibus, que maximis in ore & tibiis apparebant, id finixerunt, & indiderunt, & stomacacen & Scelotyrben appellaverunt. Per Scelotyrben v. hic non intelligimus istum morbum, quem Galenus in Definit. Med. describit, qui paralyticos species est, & quem Joh. Lan-gius lib. I. epist. 42. crurum elevatione nominat.

10. Aretæus de morb. diutur. si grus & causis lib. I. c. 15. Icterum nigrum eundem cum morbo Scorbuto habuit. Sicuti in ictero humor biliosus per totam corporis economiam diffunditur: ita in ictero nigro totius corporis color in nigredinem mutatur, quam effusionem maxime in oculis animadvertisimus, nullas vero maculas hinc inde spargi videmus. In Scorbuto quidem color cutis aliquo modo mutatur, verum non ita insigniter præcipue in oculis, ut in ictero nigro, sed potius mactulae quædama hinc inde in cruribus dorsi & brachiis efflorescentes se præbent. Verum enim vero quatenus a nigro & melancholico humore, qui in totius corporis structuram in Scorbuticis diffunditur, universalis corporis color in nigrum muta-

tur, non aliter ac in iis, qui alias ictero nigro tentantur, egregiam Scorbutus cum ictero nigro convenientiam obtinet, ut quoq; Sen-nertus lib. 3. prax. Med. part. 3. sect. 2. c. 1. p. 544. censet.

ii. Non sub magnis tantum literibus in fin lib. 2. prorrh. sed lib. quoq; de affect. intern. text. 137. summus medendi dictator Hippocrates, dum Εἰλεον ἀιματίῳ delineat, ipsum Scorbutum egregie exposuisse videtur, hisce logis: *Morbus per autumnum incipit, in eoque hec accidunt: ex ore male slet à dentibus, & ab iugingivæ abscedunt, & ex naribus sanguis fluit; interdum v. in truribus ulcera erumpunt, & alia sanescunt, alia emetgunt, & color niger fit, & cutis tenuis.* Attamen text. 138. hæc verba in fonte Græco addita legimus. οὐ Φαρτῆν γά τα λαυρωπεῖν τεσθίμως, quod sic vertitur, ad deambulandum & laborandum promptus. Cum v. hæc duo symptomata scorbuticis minime competant (iin, qui scorbuto affliguntur, innuimetaq; ulceræ incurribus habent ad ambulandum & laborandum minus prompti atq; alacres esse possunt) particulam & typographorum negligentiæ ex fonte Græco deletam esse, credimus; præcipue, quoniam nomen illæ huic affectui tam ap-

positè

DISSERTATIO

positè convenit, atq; Schörbuic^l. Et licet affectus iliacus potissimum intestinorum tenuium dispositio-
nem præternaturalem innuat, nonnunquam tamen apud Hippo-
crat. & Galen. de doloribus & tor-
minibus, quæ in ventre, & secun-
dum hypochondria sese exhibitent,
accipitur, ut lib. 3. Epid. Comm. 2.
c. 6. & sect. 3. aphor. 22. Et de sympto-
matis differ. c. 4. Αἱματίτης vero ab
αἱματεώ cruento vel sanguine
profluo derivatur, quod nimis
gingivæ sint cruentæ, & ulcera co-
pioso sanguine scatentia interdum
in cruribus excitantur.

12. Medicorum lucerna Gale-
nus lib. 2. de natur. hum. Comm.
in aphor. 9. optime scorbutum his
describit verbis: *Qui in Oeno, ur-
gente fame, rascelantur leguminib⁹
cruribus vacillant; qui v. ervaede-
bant, horum genua dolor infestabant.*
Et Paulus Ægineta lib. 3. c. 49. ait:
*his, quibus lien induruit, os graveolens
fieri, gingivas corrodere, & ulcera in
cruribus cicatricem non admittentes
excitari scribit.*

13. Ordine ergò, ceu filo Ariad-
næo, ducti, ad ὄνομα τλεγίας nos
recipimus, circa quam meritò at-
tendimus, quod Galenus monet
lib. 1. method. Med. c. 5. principi-
um in omni disputatione & re est
nomen, quō, ut Aristot. Autor est
a prior. c. 1., non rectè evoluto, aut

minus perspecto, ἀδεῖς ὁρθῶς δι-
δάσκειν δύναται, nemo rectè do-
cere potest. Qui enim nomina,
ut cum Platone in Cratyl. loqua-
mur, cognoscet, res ipsas quoque
agnoscet.

14. Si totam morborum gregem
pervolamus, nullum, qui majorem
morborum & symptomatum fer-
raginem in se contineat, morbum,
præter Scorbutum reperiemus. Et
propterea cum πλύμορφοι habe-
at faciem, & ea pluribus, iisq; di-
versi generis, morbis, partes diver-
sas occupantibus, constet, πλύμο-
ρφοι quoq; & πλύμορφοι nomen
adeptus est Scorbutus, vel Schor-
butus. Mutuum hoc nomen à
Saxoniz inferioris incolis sumptū
est, qui nominant eum Schörboeck/
vel Schörboeck: Belgis Schürbuic^l/
à cruciatis & torminibus ven-
trem dilancinantibus. Quia tamen
non ventrè solum, sed partes etiam
alii in eo gravatur, ab iis alia quoq;
nomina sortitus est, & Schur-
munde/Danis Schörbeck ab oris e-
rosione, vacillantibus dentibus, &
sæpè exulceratis gingivis insigni-
tur; item Blauschuh q.s. Blau-
schiff à puniceis maculis, & Schur-
bein à langvidis cruribus appellat-
tur. Nonnullis gingi pedium à læ-
sis gingivis & pedibus, vel gingi
brachium, seu πηχυτής; item

supra-

DE SCORBUTO.

squamalid, q. s. *squamato-*
ria, vel *rauxilia* die Mund-
faule.

15. Describitur, quod sit *de-*
fectus præternaturalis, populis se-
ptentrionalib⁹ præcipue endemia,
totius corporis substantiæ, potis-
simum epati, mesenterio & conti-
guis partibus vim inferens, ab hu-
more ichoroso, crudo & maligno
genita, & proinde stomachen,
scelotyben, lassitudinem sponta-
neam, pectoris angustiam, oris gra-
veolentiam, maculas variegatas,
passim in corpore erumpentes, ali-
orumq; generum pernicioſa sym-
ptomata inducens.

16. Scorbatus, cum sit accidens,
requirit omnino aliquod subjectū,
cui inhæret. Quando vero de sub-
jecto Scorbuti agimus, non certas
corporis humuni partes, quæ sym-
ptomatisbus scorbuticis sunt expo-
sitæ, intelligimus; nulla enim ro-
tius humanæ naturæ pars est, quæ
Scorbuti semina, balsamo nostro
naturali adhaerentia in se contine-
re, eorumque subjectū esse non
possit, et si modo plures, modo
pauciores, pro causæ morbificæ,
vel mali ratione afficiantur.

17. Nostamen expeditioris eno-
dationis gratiâ, Scorbuti *ōixητή-*
ειον duplex esse statuimus, nascen-
tis & nati.

Nascientis subjectum
est ut plurimum lien, interdum he-
par, mesenterium & contiguæ par-
tes, quibus colluvies & fomes cor-
ruptorum humorum vel conta-
ctu, vel quantitate, crassitie, mo-
tum ejus sero humore, quo di-
luitur, promovente (vel malignâ
& inimicâ qualitate, vel fumis a-
scendentibus pernicioſis, corrup-
tionem aliquam subinde impri-
mere, earumq; consuetam opera-
tionē lædere & prohibere potest.

18. Licit igitur lien palmarium
Scorbuti nascientis subjectum co-
gnoscatur, *ἀδυραμία* tamen ille
in epate aut aliis partibus non ar-
guit, præsertim, si evolvendo per-
currerimus observ: ii. lib. 20. Fo-
resti, in Hollandia Præside magis
hepar, quam lienem fuisse affe-
ctum deprehendemus; & in Aca-
demia Witebergensi in cadavere
quodam scorbuto extinto, omē-
tum totum putridum & corruptū,
lienem vero incolumem ab An-
atomis administratoribus inven-
tum fuisse, Medicorum observa-
tiones loquuntur.

19. Nati subjectum adæquatum
est totum corpus humanum, ejus-
que venosum genus, tam portæ,
quam cavæ. Unde si falsus, & cor-
ruptioni obnoxius humor ad su-

B

perio-

DISSERTATIO

periora, gingivas scilicet tendat, mollem earum & teneram carnem in laxum tumorem atrollit, tandemque nimia sua acrimoniā eas arrodit, hinc pro diversitate humoris morbiſici ipsiusq; partis diversa producit symptomata. Quae vero humoris maligni portio ad inferiora per crurales venas cavæ ramos à natura vel ad ambitū corporis per venas capillares, mediante ſero, vel ad tendines & ligamenta muſculorum defertur, crurum gravitatem, lassitudinem, & ambulādi imbecillitatem promovet.

20. Causarum, quae ad hanc Scorbūticę luis generationem faciunt, aliae sunt remotores, aliae propiores. Remotores Medicis ~~meγαλαριπηγή~~ primitivæ; propiores, vel ~~λεγοντες πολύων~~ antecedentes, vel ~~ουρενίκαι~~ continentis designantur.

21. Externas Scorbuti causas adres non naturales, sive quibus nemo benè degere conceditur, referimus; quae, quantam vim & efficiaciam in morbis proliendiſ obtrinent, apud Galenum in lib. de Sect. & Petrum Lauremberg. in Portic. Aſculap. c. 6. p. 27. videmq.

22. Oculis nostris primū ſe repreſentat aer ambiens, impurus, uliginosus, austrinus & uidus, qui, ut Hippocrat. Sect. 3. aphor. 17.

perhibet corpora diſſolvit, humectat, diſſicilemq; motum affert, stagnantium aquarum, & paludum falarum, aut undecunque erumpentibus halitibus, & vaporibus vitiosis inquinatus, qui ſpiritus inficit ac inquinat, calorem nativum obruit & ſuffocat, concoctionis & ſuperfluorum ſecretionis δημιουρὸν debilitat, ut πιψεις καὶ θυτοχωρησις omnes fiant detiiores. Hinc non immerito diuinus noster ſenex Hippocrat. lib. de aer. aq. & loc. in uliginosis locis excrescere lienes, afferuit, cui ſententiae calculum ſubjecit etiam Olaus Magn. in Septentrionali, hiſtor. lib. 15. c. 51. dum Scorbutum frigidà murorum exhalatione fo- veri, inter tabularia v. mitescere autumat. Et Ronſeus, qui in Hollandia multo frequentius & periculofius Alcmarie & Amſtelroda- mi incolas affici, atq; qui Goudæ aut Roterodami habitant, obſer- vavit: Ob humidum etiam & ſequi- lidum aerem multi in carceribus uliginosis detenti, conſentiente pravâ vietus ratione, non raro Scorbuto correpti ſunt.

23. Idem efficiunt cibi ex ſucci, coctū diſſiciles, melancholici, fri- gidi & ſicci, ſale macerati & fumo inducati, lardum rancidum & crudum devoratum, panis furfurace-

us,

DE SCORBUTO.

us, & nauticus, pisces lacustres & maritimi, fumo ac muriā stillantes, uti & varia farciminum genera, quotidie assumpta, quæ, præcedentibus variis alterationum vicissitudinibus, corpori nostro assimilari, & nobile vitæ nostræ balsamum reficere nequeunt. Sale quoque & acetone nūm condita eduljia hic non conducunt; sal n. ob crassam suam & fixam, quâ stipatus est, naturam si copiosius paulo cum cibisingeratur, rare fieri, volatile ac animalis reddi nequit, nec in primis viis latens, concoctione spirituascere (cum omnis concoctione per ξύμωσιν, & μετωργοῦνται πλάτωσιν debeat fieri) potest. Acetum verò, sicut cholerae morosest, ita melancholia viræ, de quo, ut Hippocrat. noster, *Vist.* rat, in acut. text. 38. τὰ μέλανα ξυρόται, καὶ μετωργίζεται, καὶ πλαταποῖται. Αναγαγόντος μελάνων ὅξος. Insuper Emulstralia, & lactescinia (nisi emaciatis ratione atrophiz, tot coctionibz ante elaborata, & natvræ nostræ familiarissima redditæ præbeantur) multum Scorbucis nocent, Galen. 3. de alimento. fac. c. 14. Illa n. in ventriculo non tantum aceſcunt, & coagulantur, sed & obstrunctiones & hypochondria inflata

procreat, Hippocrat. sect. 5. aphor. 64. Quo spectant & frumenta corrupta, tempore pluviali collecta, locisq; humidis asservata, item brassica, lentes, fabæ, & legumina alia semiputrida, & subterraneis scrobibus multis annis abstrusa, de quibus Galenus lib. de cib. bon. vel mal. succ. c. i. & lib. i. de alim. fac. c. 16. & 18. quod ipsum & Hippocrat: accurate observavit lib. 6. Epid. sect. 4. t. ii. dum Oeni incolas, continenter leguminibus vescentes, crurum impotentiâ afflictos fuisse, scribit.

24. Inter potulenta, ad dispositionem scorbucicam producendam, apta, primum præstò sunt aquæ verminosæ, graves, ex fontibus abstrusis & conclusis haustæ, item minerales, salsa, nitrum, bitumen odore saporeque redolentes, quarum virtutes, in morbis hepaticis & spleneticis; præsertim in Scorbuto, ictero nigro, hydrope & febribus procreandis graphiter depinxit Edo Neuhusius in Theat. ingen. human. lib. 2. c 6. p. m. 112. 113. quibus naute sæpenumerò in defectu dulcium uti coguntur, præcipue in aëre calido, prout resert Rodericus à Fonseca, Hispanis, qui primi Indiam orientalem navigiis inviserunt, portu aquæ aliquas promotoriata gingivas intumuisse,

B 2

ut

5 Fev. p. 208. n. 112.
Ca medie. apud. 1. tunc. 2. feco. Si naut. sanguin
uti. in ad. Hipp. affectus, in hinc eti. a
tacitum.

D'ISSERTATIO

ut oris laquear vix eas contineret.
Deinde vinum, in quo sal volatilis
& spiritus figuntur, & aescere in-
cipit. Cerevisia tandem fœculen-
ta, ex aquis crassis crudis & impu-
ris cocta, nec defœcata, & pauco
vel plane lupulo nullo, qui alias
cruditatem absumenti, detergen-
di, viscerum obstrunctiones aperi-
endi, urinam movendi, langvinem
mundandi, & crassâ venarum re-
numq; excrementa educendi vim
habet, condita, vel non sufficien-
ter cocta.

25. His non imineritò agglutinantur ~~re~~ ~~in~~ ~~de~~ ~~pe~~ ~~re~~ ~~ta~~, quæ in simili effectus ~~ex~~ ~~re~~ ~~re~~ ~~re~~ ~~re~~ collineare videntur, ut (1) motus vehemens, & quies nimia; hæc corpus excrementis replet, calidum nativum obtundit, & corpus segne ac debile reddit, ut coctiones excrementorumq; secretiones & evacuaciones non rectè perficiantur. Hinc qui in otio vitam conterunt, magis Scorbuto obnoxii sunt, quam qui laboribus exercentur; Ille Spiritus dissipat, corpus absumit, humores intempestivè agitat & calefacit, unde imprimis, si corpus vitiosis humoribus repletum sit, febres, lipothymia, oculorum obscuratio-nes, morbiq; alii excitantur, atte-stante Severino Eugaleno in ob-servat. 6.7.8.ii. (2) Somnus im-

moderatus, & vigiliarum excessus; Hic spiritus discutit, multas in corpore cruditates colligit, & calidum nativum absumit; ille crudos quoque succos in corpore auget, naturales evacuationes atque excrementa detinet, & calorem corporis hebetat, atque ita frigidorum morborum & symptomatum causa existit, teste Galeno II. meth. med. c. 3. (3) Animi pathemata magnas quoq; in corpore alterationes efficiunt, imprimis ad humorēm melancholicum generādum multūm facit tristitia: Ita & hic eundem cumulare, & scorbuto materiam præbēre potest; Et propterea ii potius tentantur Scorbuto, ut Severin. Eugalenus pag 3. in Tractat. de Scorbute tradit, qvos cum crassiore victus ratione diurnior mœstitia exercuit. (4) Febres diurnæ, imprimis verò quartana, quæ facile humorēm melancholicum, materiamq; scorbuto convenientissimam cumulant, ut Galeng lib. 3. de loc. affect. c. 7. & B. Sen-nertus lib. 2. de Febrib. c. XX, demonstrant. (5) Contagium, ubi corpus contagiosum, Scorbutoq; adflictum non ipsum morbum (accidens enim non migrat de subiecto suo) sed aliquid causæ morbificæ, de se diffundit, & alteri communicat, hocq; modo similem in

D'E SCORBUTO.

eo affectum excitat. Non uno autem modo per contagium vitium hoc scorbuticum disseminatur. Aliquando ab utroque parente, eo malo infecto in sibolem per semen & sanguinem maternum, generationis principia impura derivatur; aliquando à matre aut nutrice cum lacte instillatur; aliquando per contactum immediatum vel mediatum v.g. in poculis scilicet grotanitium usu in bibendo præcipue inquinatis, in colum binis osculis, Belgis usitatissimis. Ali quando tandem per aërem, ex spirationibus & foetidis halitibus scorbutorum infectum, in spiratione attractum, communicari potest. Atque hoc modo sanguis in corpore, et si bonus sit, à contagio ramen scorbutico corrumpitur & inquinatur.

26. Antecedens cæula est humor melancholicus, crudus & ichorosus seu lerosus, imprimis in hypochondriis & vicinis locis, virtus hepatis, lienis & mesenterii, eoque nativo, vel adscitio, confluxu nimio multiplicatus.

27. Causa continens est humor non aqueus, non glutinosus, ut Hieronymus Reusnerus Exerc. 4. de scorbut. censuit, sed crassus & ichore multo dilutus, instar lixivii, non solitarius & simplex, ut in

qvartanis & aliis melancholicis & hypochondriacis morbis, jam peculiarem, specificam, & scorbuto propriam corruptionem ac naturam induetus, occultam qualitatem, & τὸ θεῖον Hippocraticum obtinens, in vitali cordis facultati nervosoque generi totâ substantiâ adversus; hinc quasi ἡ μέγας ἀπλοθείας stupendorum & admirandorum symptomatum varietates proveniunt; Et tantum de Caulis.

28. Sunt autem Scorbuti variae differentiae, quæ petuntur (1) vel à subjectis, ita ut alius dicatur universalis, qui totam corporis compositionem occupat; alius particularis, qui vel superiores partes gingivam, nimirum & dentium structuram, vel intermedias, ut mesenterium, cavitatemq; illam à mesenterii, ventriculi & omenti reliquorumq; viscerum connexu tam affabre efformatam; vel inferiores, crurum præsertim & pedum fabricam occultâ suâ qualitate in festat. (2) vel à causis, ut alius sit hereditarius, alius acquisitus; alius ab interna causa; alius à contagio excitatus, alius Endemius, alius Sporadicus, alius Epidemius, quemadmodum exitus annorum 1556. & 1562. satis abunde demonstravit, in quibus

DISSERTATIO

ob frequentes flatus austri & favo-
nii, constitutionemq; anni humi-
dam & aeris anomaliam Scorbustus
apud Brabantos & Borussos Epide-
micā levitie grassatus fuit, teste Do-
domao observat. med. c. 33. & Fo-
restus lib. 20. observat. 12. p. 404.
(3) vel à ratione etatis vel sexus, ita
ut aliis juvenes, aliis senes, aliis
viro, aliis mulieres invadat. (4)
vel à modo invasionis, ita ut aliis no-
minetur incipiens, aliis augmentū
sumēs, vel ingravescens; vel (5) à
concomitantibus, ut aliis existat
solus, aliis pluribus morbis & sym-
ptomatis associatus.

29. Signa scorbuti, sunt vel Dia-
gnostica, quæ præsentem corpo-
ris constitutionem demonstrant;
vel prognostica, quæ futuram præ-
nunciant; illa vel sunt Scorbuti in-
cipientis, vel incrementum su-
mentis, seu ingravescientis.

Signa Scorbuti 30. Incipientis Scorbuti insi-
gnia maximē dantur signa, quibus
præsentibus, ad esse morbum hunc,
vel & abesse deprehendi queat; ut
spontanea lassitudo (morborum
prænuntia juxta Hippocrat. sect. 2.
aphor. 5.) quā motivā functiones
apertissime interturbātur, ut ex in-
sperato tēpē vires dejiciuntur, &
quidem cum multi humores se-
rosiet vitiosi in venis mesaraicis &
vicinis visceribus cumulati, cum

sanguine per venas capillares in
ambitum corporis disperguntur,
musculosq; ipsos pernanteant; ten-
siva & ulcerosa abdominis & cru-
rū gravitas, ob humorū abundantia-
m, ex internis fontibus ad vena-
rum rivulos & musculos conflu-
entem, maxime in femoribus &
tibiis ob serosi humoris ebullientis
καπησιονία, ēva, εζία, nisi ob aci-
dos spiritus ventriculus plus appe-
rat: pectoris angustia ob pravo-
rum ac malignorum vaporum
copiam, hypochondriis & dia-
phragmati, primario respirationis
organo per venas & arterias com-
municata: difficilis respiratio,
vaga non stata, absq; tussi & sterto-
re, & similibus, qualia thoracis
morbos plerumque seqvuntur, &
inter labores admodum molesta,
potissimum ex pravis & malignis
humorib⁹ pulmonis bronchiis im-
pactis, ortum ducens: color rubi-
cundus & vivificus in pallidum li-
vidumq; transmutatur, ob melan-
cholici succi generationem, vel
nutritionis depravationem; inter-
dum in rubedinem, ob φλέγμωσις
vaporum ex humoribus acriorib⁹
& subtilioribus in hypochondriis
circa hepar contentis, elevatorum:
corporis decrementum, ob lie-
nem accrescentem; Admodum
crudite

DE SCORBUTO.

et studitē Hippocrat. ὥτε ἐσθλήν
γέλλει, τὸ σῶμα Φθίνει, juxta
Medicorum pedibus contritum
veri verbum: Quibus lientumie-
scit, corpus tibescit: Somnus est
plerumq; interrump⁹, ob vaporum
nigrorum ad egregiam Palladis ar-
cēm evaporationem: urina est cras-
sa & alba, humiorumq; cruditatē
prælagit: Quæ ominia et si cum a-
liis quoque morbis læperiumero
σύμπλωματικῶς conspirent; atti-
fiosā certe conjectura dignosci
possunt; ne Medicum, cūm cavisse
maxime viderit, sēpè decipient &
deludant.

Scorbuti § 1. Augmentum sumentis vel
in grave in gravescentis symptomata sunt
scentes graviora, nec iis egerminantib⁹ in
latebris hærete potest amplius
scorbutus; adeo sēpè tausta anhe-
litus difficultas; ut erecti sedere
cōgantur, sēpius liporrhymia ten-
tantur, adeo pruriginosa gingivā-
rem rubedo, quæ deinceps in tu-
morem attolluntur, & laxa ac flac-
cidæ redduntur; adeo ut sponte,
vel ad levem suctionem & attri-
tum sanguinem serosum per non-
nullos venæ jugularis exterioris ra-
mulos eō delatum, & acrimonia
luâ venularum ostiola referantem,
de se demittant: quâ dentium va-
cillatio, viriditas, inigrities, & for-
des putri laginosæ eis adhærentes

prognoscuntur & nutritantur: livi-
da, fulsa & flava non in cruribus
solum aut brachiis, sed lumbis et
iam, aliisq; partibus conspicuntur
ecchymata. Στομαχίη v. & σκε-
λετόρρεβη propria & p̄cipua si-
gna sunt, quibus velut scorbutus à
reliquis παθήμασι distinguitur:
hæc autem licet indubia sint mor-
bi hujus χαεζγυατε, non tamen
huic malo sunt coæva, & ἀναχω-
ριστικas præsenta; σκελετόρρεβη n.
abesse potest, ubi humor ichorosus
ad laxam gingivarum se confert
consistentiam; σωματάκη v. pe-
ruginatur, si crassi & pravii humo-
res ad crura subsident, & ad ambu-
landum lassitudinem & imbecilli-
tatem femoribus & cruribus indu-
cunt. Nec signa omnia hīc con-
junctim sensus nostros incurrunt,
sed pro ratione regionis, inde
temperamenti, ægri ætate & mate-
riæ mutatione, jam plura jam pau-
ciora apparent: ubi crassior est ma-
teria, cruribus: ubi serosior, gin-
givis vim malignam infert: ubi hu-
more melancholico bilis est admi-
xra, cutis efflorescentia, aut flava
aut viridis exoritur: ubi melan-
cholia sola atro calore livet, & can-
crosis sēpius ulceribus ad consoli-
dationem non facile deducendis,
infestatur. Quibus annexuntur
& alia

DISSERTATIO

& alia plurima, penè innumera; præsertim urina est rūbicina, turbida, crassa, & fœculenta, vini rubri recentis speciem referens; pulsus existit debilis & inæqualis, ac sæpè vermicularis, imminentे lipothymia, major & fortior: alvus fit vel nimis astricta, vel nimis laxa: Febres inordinatæ & non raro contagiosæ se insinuant: frequens narium hæmorrhagia accidit, vel ob falsos & seruos humores, acrimoniâ suâ venarum tunicas erodentes, & exulcerantes, vel ob debilitatem viscerum in lequestratione excrementorū, à massa sanguinea, ut Lazarus Riverius Tom. 2. prax. Med. sect. 3. c. 7. statuit: genarum fit contractio & tanquam rigor, ob humorem in oris cardinem, in quo sub auditū organo inferior gena moveretur, illapsum: nec occultantur continua salivatio, copiosi sudores, nausea, & inanis sæpè movendi conatus, tabes subcutanea, perpetuâ atrophia, cordis palpitationes, litoriarum subitæ apparitiones, & disparitiones, dolores capitis, ventriculi, lumborum, & hypochondriorum, qui navicularib⁹ exasperantur, secundum Forestum observatn. lib. 26. Quæ, et si in uno hoc vel illo modo Medicorum filius conspexerit, in altero se quoq; observaturum, minimè sibi confudat.

Prog.
51

32. His prælibatis, nunc ad Prognostica imus, quibus vel maximè Medici fama conservatur, & ab internectionis crimine vindicatur. Scorbutus, cum ratione sui morbus chronicus sit, celeri motu & periculo hominem è medio non tollit, aut in vita periculum inopinanter præcipitat, partim ob corruptam viscerum laborantium *Alæ Geæv*, tensim introductam, partim ob humoris melancholici contumaciam & immobilitatem, nisi camerina Scorbutica longo tempore in corpore coacervata, summaq; venenositate munita, spiritus animales & vitales subito & ædipos adoriatur, & animi deliquiis, gravissimisq; paralyticis & convulsivis motibus hominem ita discutiet, ut repente vitam cum morte commutare cogatur.

33. Ubi vero altius jam radificavit, interdum ægrum in tabem, atrophiam, dysenteriam, hydropeum, aut cachexiam conjicit, ob pravam qualitatem, à scorbutica illa impuritate visceribus, nutritio ni dicatis impactam, quam sanguificatio læsa, & seroforum humorum non exigua collectio excipiunt.

34. Septentrionalibus plagis, & Balthicis littoribus adhærens Scorbutus, longè diutius corpora semel infecta

DE SCORBUTO.

infesta obsidet, & malum ex malo, tanquam foetus ex matre indies serpit, familiasq; ita pessundat, ut saepius sanguine se attingentium nemo reperiatur, qui spermata mali hujus non soveat; propterea curatu difficilior quoq; prout hereditarius videtur, æq; acquisitius; nisi enim pharmaciae & diætæ accuratissime studio stirpitis è vel-latur, semper repullulat, maligno-remq; indolem induit.

35. Scorbuticae huic ~~remonstris~~ feominæ (ob calorem nativum ma-xime obtusum, vitâq; testudineam, succi hujus copiam coacervantem) magis subjectæ sunt, atq; viri: hi n. graviter affecti ultra septennium triculétiam Scorbuti perferre ne-queunt: illæ v. cum vitiosæ col-luvie portionem non exiguum per fluxus menstruos expurgent, hujus è Phœbus & insolutus facilius & longius, usque ad annum deci-mum sextum saepè vigesimum su-stinent. Senes quoq; ob caloris na-tivi defectum (secundum Hippo-cratis, sect. I. aphor. 10.) crudita-tumq; proventum periculosis iu-venibus laborant.

36. Vere & autumno magis af-fligit, & gravius infestat Scorbut. Ver quidem per se illum non pro-ducit, sed vitiosi humores, tempo-re hyberno cumulati calore verno

funduntur, & agitantur. Autumno v. ob aeris inæqualitatem sanguis imminuitur, & melancholia re-dundat, corpora densantur, meatusq; clauduntur, unde morbi me-lancholici & hypochondriaci ex-oriuntur; nec non ob deprava-tam mortalium in vietu consve-tudinem, dum promiscue, quic-quid oculis obvenit, in ventrem ingerunt, saepius appetet, quamvis aliis anni temporibus non prolsus dormiat.

37. Maculae crurum, quo magis lividae, eo peiores, quia sunt præ-nuntiae atri maligni humoris: has si ulcera conlequuntur, Telephias & chironia, nisi tempestive curen-tur, evadunt: si v. maculae in vivis subito efflorescent, & deinde dis-parent, mortis præsentiam decla-rant; si in mortuis, humorum pe-stilitatem arguunt.

38. Periculum quoq; præsagit gangrenosa gingivæ corruptio, teste Salom: Alb. præsertim, si paulo latim lividis maculis conspersa & tincta conspiciantur; quod σημεῖον inter maximæ mortifera ob caloris innati extincionem refertur.

39. Pueris rarijs ~~σκλητύρης~~, frequentius ~~σπανάχη~~ contingit.

40. Tumores in compluribus corporis partib; subito erumpen-tes, & deinde evanescentes, cru-

C

rum

DISSERTATIO

rum enervationem demonstrant: quin & tumor, Oedematis specie exhibet difficulter dispelli potest.

41. In magno liene sanguis ex extra nare fluens malum.

42. Quibus tormentis ventris, & circa umbilicum continuae & pertinaces ad sunt torsiones, raro evadunt.

43. Lienosis dysenteria supervenientis, bonum. Hippocrat. aphor. 48. sect. 6. nisi sit diuturna; tum n. valet aphorismus divini nostri Hippocrat. ejusdem sect. οὐκον αὐτὸν γενέσεις τὸ δυσεργεόντες εἰναὶ σύλλογον τητέοντον Περιγενορθόν μακρῆς τῆς δυσεργείας ὑδρωψίν Περιγενεται, η λειεντες είναι, καὶ διπλάκουται. Quicunq; lienos difficultate intestinorum capiuntur, his, superveniente longa difficultate intestinorum, aqua intercitem, aut levitas intestinorum advenit, & moriuntur.

44. Scorbatus, cum res sit, toto genere præternaturam, omnimodam sui ablationem & eradicationem indicat. Sunt autem indicationes tres, vitalis, quæ robori facultatis studet; bonus n. medicus duo principaliter agenda sibi proponat, ut nimis illa, quæ præter naturam sunt, morbum, causam, & symptomata depellat, & vires conservet; plus siquidem valeat, ut eleganter ait Joh. Heurnius, ad

mortem unum signum proprium malum, quam ad salutem decem communia bona. Præservatoria, quæ causas antecedentes expugnat, easq; corpore excludit, ut imminens humoris corruptio præcaveatur. Unde præservatio, teste Foresto lib. 24. observat. 18. præclarior existit ipsa curatione; multò enim præstat morbum prorsus non admittere, quam admissum expellere: quemadmodum gubernatori navis longe præstabilius est, ante tempestatem exortam portum ingredi, quam fluctuatum, periclitatumq; mari evadere. Curatoria, ut morbus legitimis remedii ex humani corporis palatio eliminetur.

45. Assequitur præfixos, per indicationes, scopos Medicus tribus illis, in Medicorum fano famosissimis instrumentis: Diæta, Pharmacia, Chirurgia. Cum igitur magis laudetur Medicus si crudelissimos hostes, morbos prudenter suū & virtute medicaminum debellat, hominesq; jam cum morte luctantes generose eripit ex Orci faucibus, quam si præcepta salubria obtrudit, & ut canit Poëta:

Cām satur est pleno laudat jejunia
ventre?

Et cām nulla premis sitis, est siti-
entibus asper?
diætā aliquantis per posthabitā, chi-
rurgiam

DE SCORBUTO.

xurgiam & pharmaciā iplam
primum aggredi, animus est.

46. Si igitur *πληθωρας* aut suc-
corum in venis vitiosorum redund-
tiae signa aderunt, & virium ro-
bur non refragetur, sitque præsto
florens ætas, haud inutile censemus,
apertâ venâ, phlebotomia
sangvinis aliquid subtrahere; ita
n. natura, molesto noxiōrum hu-
morū pondere, quo veluti sar-
cina premebat, deonera, sibi-
que velut restituta & refocillata, si-
et alacrior, expeditiorq; ad reliquū
morbū edemandū: alioquin
vero vix unquam sangvinis missio
proderit, quæ exquisitè docta lib. 5
de Sympt. causis Galeni est senten-
tia. Venam autem in utroq; bra-
chio talocq; incidere oportet, plagā
non nihil latiori, ut sanguis peccas
facilius effluere possit. Si vero san-
guis melancholicus ad inferiores
corporis partes defluxerit, ut non
sine causa monet Ronseus in Tra-
ctat. de Scorbuto, yena poplitis aut
malleoli aperiatur, ut materia ibi
fixa quoq; evacuetur. Cavendum
quoque omnibus modis, ne san-
guis peccans, si vires debiles sint,
unâ vice mitatur, sed per *πλη-*
θωραν & pervices, ita n. sangvis
vitiosas, varia corporis loca pene-
trans commodi evanescari potest;

nec sangvinis missionem largio-
rem & uberiorem Scorbuto agno-
scit. Loco venæ lectionis possunt
quoque adhiberi hæmorrhoides
primum, quarum usum & efficaciam
in morbis melancholicis &
hypochondriacis, simulq; nephriticis Hippocrates sect. 6. aphor. ii.
& Hollerius Cōm. in hunc aphor.
item Sennertus lib. 2. de Febris. mi-
ris extollunt laudibus. Cucurbita
deinde, imprimis cum sacri-
ficatione, suâ quoq; laude in aver-
tendis & evacuandis humoribus,
non carent, utpote quæ venæ se-
ctionis operationē adjuvant, &
sicubi ea uti non licet, vices ipsius
egregiè explent. Hirudines de-
nique in hæmorrhoidum mora, si
spes esse dicitur, non postponantur,
præsertim ob commodum na-
turæ suæ, quod in succo melan-
cholico querunt, alimentum atq;
oblectamentum, attestantè hoc e-
gregiè D. Joh. Heunio in Tractat.
de hirudinum usu & efficacia in
Medicina.

47. Sivero humorum multitudine,
vel crassitie, aut lentore gra-
vetur natura, medicamenta pur-
gantia nequaquam ante corporis
ac humorum præparationes sunt
instituenda; in his n., juxta sect. i.
aphor. 22. si quid semicoctum dun-
taxat crudumve inest, id medica-
mentis

DISSERTATIO

mentis concoquendi vi præditis apparandum, imprimis ad humorem melancholicum, terreum & fœculentum respiciendo, qualia sunt, quæ colligandi, attenuandi, incidendi, aperiendi, abstergendi facultatem sortita sunt, ut ita, solutâ obstructione, quod crassius appetet, facilius in alvum corporis sentinam excidat, quod vero tenuius & serosius ad vias urinæ derivetur. Medicamenta vero non quælibet aperientia, vel humorem melancholicum alterantia sunt adhibenda, sed ea quoque admisenda, quæ immunitie Scorbuticæ indolem spectant.

48. Simplicia selectissima & usitataissima sunt: Rad. quinque aperientes dictæ, apii scilicet, fœniculi, asparagi, petrofelinii, & ruscii, graminis, scorzonerae, cichorii, polypodii, rhipontici, scillae; cortices tamarisci, capparum; Fol. chamædryos, chamæphytos, cuscuteæ, agrimonæ, fumariae, hyslopæ, lupuli, ceterach, scolopendrii, betonicæ, origani, pulegii, cochleariæ, beccabungæ, nasturtii aq., Flores genistæ, cichorii; Sem. anisi fœniculi, agni casti, urticæ; è fructib. amygdal. amar. juniperi, capares, nuclei persic. malor. arméniacor. ammoniacum, succus litionum.

49. Ex his parantur varia medicamenta composita, ut pulveres, Conservæ, Syrupi, potiones, Julebi, Emulsiones, Electuaria, Aquæ destillatae, extractæ, Essentiæ & similia. Possunt autem, quæ jam adduximus, medicamenta in varias formulas hunc in modum aptari v. g.

R. Aq. Scolopendr.

fumar.

chamædr. ana unc. iiiij

Syr. de Scolopendr.

fumar.

byzant. ana unc. j.

Spir. Vitrioli scrup. ss.

Miris modis commendat sequens digestivum Salom. Albert. in Tractat. de Scorbut.

R. Passul. min. sacco acetos. imbur. unc. i. ss.

Rad. polypod. quern. Drach. ss.

afari.

biflori.

glycyrrh.

oxylapath. ana Drach. ij

Cort. Rad. Cappari Drach. iiiij tamarisci.

Sem. Anisi

fœniculi ana Drach. i ss.

agnicasti Drach. j.

urticæ scrup. iiiij.

Herb. Cuscut.

acetos.

Capill. Venr.

Lichen.

DE SCORBUTO.

Lichen petrei.

Ceterach.

Lingue cervin. ana M. β.

Epithymi ana p. ij.

Flor. borrag.

bugloss.

Violat. ana p. j.

Cinnamom. Drach. iii.

*Coq. in aqua pura ad lb. j. in colatur.
clarificat. dissolue Sacchar. q̄ s coq ad
Syrupi consistentiam, cuius unc. i. β. de-
rur quotidie cum aq. Scolopendr. ca-
pill. venr. lupuli ana unc. j.*

50. His præmissis, vel alternati-
vum adhibitis, Cathartica feliciter
ad junguntur, ne cabimimoderata,
effrenataq; humorum exagitatio-
ne ullus subingruet timor. Opti-
mum v. erit in hoc morbo Scor-
buto paulatim concoquere, ac di-
gerere, paulatimq; evacuare, siccq;;
quod dici solet, curationem per
Thinegron instituere, donec no-
xius humor prorsus eradicatus sit,
vel & probâ exquisitâq; victus ra-
tione ac naturâ superatus. Ex ma-
ligniorum autem ordine damna-
mus validiora, præterim cruda, ut
Scammonium, helleborum, tur-
pethum, elaterium, & id gen9 alia,
qvæ vires supra modum labefa-
ctant, convellunt, atq; demoliun-
tur, nec ventriculo, communî to-
tius corporis famulo damnum le-
ve parant; iis propterea benigno-

ra præferemus: Manna, seu mel
aëreum, Syr. Rosar. solut. Violar.
solut. de polypodio, Epithymo,
cichorio compos. cum Rhab. flor.
persicor. tremor. seu crystall. Tar-
tari, Rad. jalappæ in pollinem re-
dacta, hujusve resina, Extract. Dia-
gryd., pillulæ de ammoniaco quer-
cet. aloë rosata, aloëphanginæ, la-
ctis item serum, maximeq; capri-
num, in quo macerata fuerint fu-
maria, borago, buglossa, acetosa,
& id genus' alia, quorum ope ma-
teria in ventriculo, intestinis &
mesaraicis venis, vel saltē in ea-
rum extremitatibus contenta,,
eduici potest.

51. Hinc toto morbi *άρα Βάσεως*
tempore, Catharticas levioribus,
in formis potionum, pulverum,,
pilularum exhibitis, tractandus est
æger, quorum descriptiones apud
practicos præcipue extant.

R. Passular.

Polypod. ana unc. β.

Zizubar.

Sebest. ana N. vj.

Coq. in aq.

*Colatur. R. unc. viij
in iis infunde.*

R. Herb. sumar.

cochlear.

beccabung.

Capill. venr.

ceterach.

Agrimon.

63

DISSERTATIO

- agrimon. ana M. ij
 Scabiosæ
 Scolopendr. ana M. ff.
 Flor. Cordial. ana p. i.
 Rad. glycyrrh. raf. Drach. vij.
 R. Fol. Senæ el. unc. j.
 Epithym.
 polypod. quern.
 Rhab. Monach. ana Drach. ff.
 Sem. Anisi.
 fæniculi ana scrup. ij.
 F. pulvis subtilis.
 R. Fol. Senæ el. unc. ff.
 Epithym. Drach. ii.
 Turbith. el.
 hellebor. nigr. præpar. ana
 scrup. ff.
 Zingib.
 Caryophyll. ana scrup. i.
 In colatura dissolvatur Manna unc. ff.
 F. Haustus.
 R. Fol. Senæ unc. j.
 Rhabarb. el.
 Cori. Myrobal. Indor præpar. ana
 Drach. iiiij.
 Uvar. passar. exemptis arillie
 Drach. IX.
 Hordei mundi p. j.
 Squinanthe. scrup. j.
 Coq. ad quartaria quinq; in colatur.
 dissolve Syr. de Cichorio cum Rhab. &
 rosat. solut. ana unc. ij.
 F. Apozema pro 3. dos.
 Fonseca pilulas sequentes, quas
 diatartarum appellat, præ reliquis
 commendat.
- R. Sen. pulver.
 Sal Tartari ana Drach. j.
 Cinamom. pulver. scrup. ff.
 Cum Syrupo limonum fiat massa, cuius
 capiat pilulas iiij. pond. Drach. ff. per
 horam ante cenam, ut bis aut ter de-
 jiciat.
- § 2. De usu Catharticorum
 quædam observanda haud parvi
 forsan in praxi momenti. Circa hu-
 morum præparationem & eva-
 cuationem notamus, semper tutissimum
 esse, à mitioribus Medicamentis inci-
 pere, & paulatim ad fortiora pro-
 gredi. Et si morbus curationi non
 cedat, & cum laudabilibus urinis in-
 crementum sumat, signum est, medi-
 camenta débiliora esse, quam morbi
 & causæ magnitudo requirit, & pro-
 pterea ad fortiora progreendiendum.
 Sennertus in Med. pract. lib. 3. part.
 5. sect. 2. p. c. 5. p. 608.
- § 3. Purgato satis corpore, ea
 medicamenta eligenda sunt: quæ
 prohibitam ipsam *πνευματων*
 corrigunt, & ob salis volatilis re-
 dundantiam humorum crassum ac
 fœculentum volatilem reddunt,
 ut per vias convenientes facilius
 scorbutica humorum colluvies,
 obstructione liberata, & ab inutili-
 bus separata, evacuari possit, quæ
 que malignam illam qualitatem &
 peculiarem hujus humoris corru-
 ptionem in pristinum statum de-
 ducere valent.

DE SCORBUTO.

§4. Simplicia sunt, cochlearia, nasturt. ejusq; species, imprimis aquaticum, beccabung. Raphan. rust. Chelidon. min. Sedum min. numularia, sinapi, raphanus, trifol. aq., arum, fumaria, absinth. Card. benedict; Cuscuta, ceterach, scopendar, chamædris, agrimonia, polypod. qv. buglossum, borrag., Cort. tamarisci, Capparum; flor. & sem. genist., Sambuci, sem. agni casti, acetosa, acerosella, succus citri, limon. aurantior. Item Spirit. Salis, Vitrioli, Sulphuris.

§5. Ex his parantur varia medicamenta composita: Aq; antiscorbutica Quercetani, Dorncrelli, Döringii, Sennerti, Stockmanni, Syrup. Scelerbyicus Foresti, Uratislaviensium, Augustanorum, Electuar. antiscorbuticum Arnissii: Danicum ex fructibus charærubi Norvagici, qui & muriæ & aceto conditi, patriâ lingua Multebeer / palato stomachoque non ingrati: Juniperinum per se; Theriaca Germanorum Beguini, essentia chamædryos, fumar. Conserv. cochlear, nasturt. aq., absinth. fumar., ut & salia & spiritus pyrotechniæ elicita, aq. destillata cochleariæ & anagallidis. Loco potioris usurpatur quoque sequens formula hunc in modum à Salom. Albert. aptata v. g.

R. Herb. Beccabung.

nasturt. aq.

cochlear. ana M. j.

fumar. M. β.

Tundantur invicem vel in liquore raphani stillaticio & vini quadrante, vel in vini albi sex tariis duobus macerentur. Suspende in nodulo concepta

Galangæ Drach. ij.

Spicæ nardi Drach. β.

Cinamom. Drach. i. β.

Discoquuntur omnia in vase probè obturato, sub finem adde:

Croci austriaci scrup. ij.

Hauriatur quotidiè manè & vesperi, quantum satis videbitur.

vel

R. Decocti hordei lb. j.

vin. alb. unc. iiiij.

Raphan. agrest. minutim concisi

unc. iijs

Fol. cochlear. M. iiij. contus. & express. Sine coctione in succum transferatur, de quo manè & vesperi præmissis universalibus cyathus assumentur.

§6. Ad colluviem Scorbuticam expugnandam, & malignitati ejus resistendum nonnunquam Electuariis & pulveribus opus est,

R. Conserv. fumar.

cochlear.

absinth.

borrag.

Rad.

DISSERTATIO

- Rad. Condit. Pimpinell.
Cichorii anaunc. β.
Spec. Diarrhod. abbat.
diapliris ana Drach. β.
Cum Syr. Acetos. citri F. Elect.
R. Cinnamom. opt.
nuc. Moschat.
Sem. Nasturt. ana Drach. ij.
Croci scrup. ij.
F. pulvis. Dosis Drach. j cum aq. Cochlear. vel fumar. dulcorat. Syr. fumar. vel Cochlear.
57. Corpore probè evacuato, reliquiæ circa primas vias & liemem harentes, per urinam motientia tollendæ sunt; qualia sunt fumaria, alparag. Capill. venr. betonica quæ magnam efficaciam, morbum hunc edomandi obtinent. Hinc quoq; Hippocrat. de intern. affect. lienosis diuretica dare præcipit, & Galen. lib. 7. de simplic. Medic. fac. cappares liemem per urinas purgare scribit.
58. Humores tandem vitiosi, in ambitu corporis harentes, cum sensibiliter, tum insensibiliter per sudores expelli possunt. Insensibiliter quidem per ἀδηλον Αγριόν seu Αλεφόγοντιν, in vapores nimirum resoluti discutiuntur. Ad eos sensibiliter discutiendos balneum & laconicum institui potest. In aqua balneo destigata coquuntur folia & radices malyæ, bran-
- cæ urlinæ, beccabungæ, nasturt. aq. artemisia, flor. melilot. absinth. betonic. Sem. lini, bacc. lauri granajuniperi, vel hæc quoque fudo, rifera seu iογαληνæ secundum Salom. Alb. & aliorum placitum adhiberi possunt.
- R. Rad. Gentianæ scrup. j.
Asari Drach. β.
Cinamom. scrup. j.
piperis
Zingib. ana scrup. β.
Croci gr. iiij.
- Cujus pars una detur in balneum sedemittenti, altera ē balneo exequenti cum aq. beccabung. nasturt. aq. & fumar. ana unc. j.
- R. ♂ Diaphoret. scrup. j.
Cord. cerv. usq. scrup. j.
Bezoar. Mineral. gr. viij. in aq. cochlear.
59. Quia vero à corruptis & malignis hisce humoribus, eorumque vaporibus, præcipua viscera, lien, hepar, ventriculus, pulmo, cor, caput & cerebrum maxime non raro labefactantur & convulsuntur, necessarium videtur, ut contra hos insultus, humorum truculentia sedata, iisque vitiosis corpore exclusis, roborentur, & vigori pristino restituantur.
60. Hepar & lienem medicamenta corroborantia dantur multa, quæ simul plurius scopis satisfaciunt.

DE SCORBUTO.

faciunt. Ex horum numero sunt, ut e multis paucav. g adducamus; intra, Conserv. cochlear., absinth., charaædryos, Rad. condit. Helenii, myrobal. Spec. Diarrhod. abbat. diapliris, Rosat. Novell. Nicolaj. Troch. de rosis de absynth. de cappare, de Berberis, Rotulæ hepaticæ Liddelii, Spir. Vitrioli, Salis, lac sulphuriss extræ, ol. de Mastic. absinth. Cappar. Nardin., ung. stomach. seu Hepaticum Valeriolæ, Spleneticum Renodæi, Emplastr. de Melilot., nec inutiliter sequens Electuarium adhiberi potest.

R. Conserv. Cochlear.

chamædr.

scordii.

cichorii ana unc. j.

Rad. condit. helenii.

Spec. diarrhod. abbat.

diapliris ana Drach. f.

F. lectuarium.

61. Ventriculum, humerum malignitate graviter afflictum recessiunt & validissime reborant; intra, Spec. aromatic. Rosat. diaxylo aloës, Elect. de Gémis Mel. Diatrion Santalon, Confect. Diaphras- siu. Mel. Elixir. proprietat. para- cel. , extræ Cerot. stomach. Galen. Santalin. Ung. Martian. magn. ol. de absinth. nardin. Emplastr. de

crust. panis, bacc. lauri, Santalin. &c; que varias possunt constitue reformulas v. g.

R. Spec. aromat. rosat. Drach. ij

Diaxyaloës Drach. j.

Sacchar. in aq. Menihæ q. s. &

Cinnamom. unc. f. dissolut. unc. iii

F. Rotulæ.

R. Cerot. stomach.

Sandal. ana unc. j.

Ung. Martian. magn. unc. f.

Ol. absinth.

Nardin. ana unc. j.

de mastic. q. s.

F. Linimentum.

62. Inter pharmaca, quæ egredi dote specificâ pulmones confortant, numerantur & pauca sequentia; intra, Spec. Diatrag. calid. Diaireos Salom. Diathamar. Mel. Diamargar. utrumq; Tinctura Croci, Eleat. flor. papaver. errat. anodynum Minerale, seu glacies paradisi, Tinctur. Violacea, Extra, Ol. violar. amygdal. Chamomæl. Melilot., anethin.; item hoc Lohoch quilibet per singulos dies usurpare potest:

R. Spec. Diatrag. Calid. Drach. ij.

Diaireos Salom.

Diathamar. ana Drach. j.

Troch. Bechii alb. Drach. ij

Cumsyrup. de Cothlear & fumar.

F. Lohoch.

D

63. Ad

DISSERTATIO

63. Ad cor, spiritus, & calorem-
nativum vivificandum, & maxime
exhilarandum, non exiguum lau-
dem interentur Aromat. Caryo-
phillat. Mel., Trochis. Ramich.
Mel. Galliæ Moschatæ. Confect.
Alchemia, spec. Diamb. Dia-
mosch. dulc., Lætific. Galeni,
C.C. Coral. p̄par., Ambra gri-
fea, rafur. eboris, lapis Bezoard.
Sal. absinthi. tamarisci, Spirit. Ro-
sar., Eſtent. Citt. Tabellæ in se-
quentem modum componi po-
terunt:

R. pulv. Diamb.

Diamosch. dulc.

Lætific. Galen. ana scrup. f.

Confect. Alchem. Drach. iij.

Sacchar. aq. Rosar. & borrag. so-
luti unc. iiij.

Fiat tabellæ de aurata pond. Drach. ij.
enius capiat unam singulis diebus horis
duabus ante pastum.

vel

R. Confect. Alchem. Drach. ij.

ambr. gris. scrup. ij.

Sacchar. aq. Naphæ & rosar. di-
soluti nnc. iiiij.

F. Tabellæ.

64. Lapidis Bezoardici usus
valde commendatur adversus o-
mnes morbos malignos melan-
cholicos, utpote, qui vires cordis
mirum in modum reficiat;

ejusq; grana v. vel vj. cum aq. Ro-
far. exhiberi debent.

65. Caput deniq; & cerebrum,
ob pravos humores, in venis Me-
faraicis vicinisq; locis stabulantes,
iisque corruptis, vapores acerri-
mos ad caput & cerebrum demic-
tentes, postulant, ut confortentur
& roborentur, Materiam autem
roborandi suppeditant intra, conf.
capill. venr., Rad. Enul. cāpan., sal.
tamarisci, Magisterium Tartari,
extra: flor. floechad., anthos.
beton. rosæ rubr. sem. Coriandr.
lign. Rhodi, Caryophyll. nuc.
Moschat. bemooin, & similia, que
varias possunt componere formu-
las v. g.

R. Conserv. Capill. venr. ana unc. f.

Rad. Enul. Cāpan. unc. f.
Sal Tamarisci.

R. Flor. floechad.

anthos

rosar. rubr. anap. f.

beton. sicc. scrup. ij.

sem. Coriandr.

Lign. Rhod.

Thuris.

masticbis

nucis moschat.

Magister. Tartari.

Pulv. aperient. specif. ana Drach. f.

Cum

DE SCORBUTO.

Cum Syr. Capill. Venr. F. Opiata,
de qua capiat Drach. iiij. singulis die-
bus mane duabus horis ante pa-
stum. Evolvatur Lazarus Riverius
in centur. I. observat. XI. p. m. 10. ii.

R. Ireos florentin. ana scrup. j.
benjoini
mais
caryophyll. ana scrup. j.

Fiat omnium pulvis, qui excipia-
tur rasurā Scarlati, vel Cotone
moschato, & cum panno serico
rubro fiat cucufa, inter puncta pi-
leo assuenda, vel in formam calan-
ticæ perpetuo gestanda.

66. Cum igitur pectoris angu-
stia, difficultas spirandi, gingiva-
rum laxitas, faucium exulceratio-
nes, earumq; putredines, dentium
vacillatio, viriditas, nigrities, ma-
culæ variegatæ in cruribus & mo-
tus aduvapicæ frequentissima sint
hujus morbi symptomata, ad eo-
rum curationem quoque digredi-
munt.

67. Pectoris angustiam, spi-
randique difficultatem tollentia
Qāqāng esse possunt Nasturt. aq.
Beccabung. & fumaria succi, per
multos exhibiti, quibus aliquot sa-
lis Tartari, & spiritus vitrioli gut-
tulae sunt admixtae, in quibus etiam
Seneca tantillum passim infusum.

Interdum verò succi prædicti cum
decoctis rad. Enul. campan. Cor-
tic. tamariæ, fol. agrimon., ab-
sinth., pimpinell. possunt permi-
sceri. Item Tinctura Martis per sin-
gulos dies utatur, quæ ad obstruc-
tiones referandas, viscera robo-
randa, eorumq; calidam intempe-
riem corrigidam vires habet exi-
mias. Interdum etiam pilulæ ex
chalybe paratæ exhibeantur; nec
aqua ex infusione chalybis parata
in potu ordinario cum vino tenui
& ολιγοφρόν inutiliter propine-
tur. Quas medendi formulas egre-
giæ experientiæ comprobavit La-
zarus Riverius Centur. 3, observat.
85. p. mihi 260.

68. Gingivarum laxitati, fau-
ciumque exulcerationi, & earum
putredini ea admovenda sunt, quæ
adstringendi & exsiccati vi præ-
dicta sunt, ut aquilegia, rosæ rubr.,
mentha crispa, salvia, satureia, ari-
stolochia rotunda, rad. bistort, ire-
os, alum. ust., sal ust. præpar., ba-
laust. gallæ immaturæ, calic. gland.
& similia, quæ varias possunt pro-
ducere formulas, v. g.

R. Gallar. immaturar.
Calic. gland.
balauftior. ana unc. j.
Ros. rubr. p. j.
aluminis Crudi Drach. iiij.

D 2

Coq.

DISSERTATIO

*Cog. in aq. ferratae partibus duabus,
& una vini rubri austeri, hoc decocto
sepe gingivæ abluantur.*

F. Δέσμοντα seu Collutio oris.

R. Sang. dracon. Drach. iiij.

Lign. aloës

Rosar. rubr.

C. C. ust. ad albed.

Nuc. Cupress. ana Drach. ij.

Myrrh.

Cineris tabaci ana scrup. j.

alum. Drach. j.

Fiat omnium pulvis, qui excipiantur stelle, additis Spirit. sulphuris aut Vitrioli guttis aliquot;

vel

R. Fol. nasturt. aq.

menthae

satureiae

Ros. rubr. immatur ana M.β.

Sem. Aquileg. Drach. ij.

balaust. Drach. β.

*Cog. in aq. ferrata, Colatur: R. unc. iiij,
adde alum. scrup. ij, Mel. Rosar. colat.
unc. β.*

F. Δέσμοντα seu collutio oris.

*Fiat Opiata, quæ extendatur supra
linteola, instar lamellarum, gingi-
vis applicanda horâ somni.*

*Nec exiguum meretur laudem
Math. Martini Ung. ex aquilegia
confectum.*

R. Fol. aquilegiae

menthae crispa

Salviae min. ana Drach. j.

Myrrh. setup. iiij

alum. ust. Drach. ii β.

Mellis virginæ unc. ij.

*Cogantur ad strigmatitiam com-
pagnem.*

*69. Dentes quoque nigrum, li-
vidum aut flavum colorem ple-
rumq; contrahunt, à vaporibus te-
tris, sursum exhalantibus, vel ab
humoribus vitiosis, illorum super-
ficie adhærentibus; istam autem
nigredinem auferendi, dentesque
dealbandi, & omni sorditie libe-
rādi, varia prædicantur Φάρμακα,
quorum descriptiones potissimum
sunt:*

R. Alum. usi unc. β.

*Sal. ust. præpar. Drach. ij
pulv. gallar.*

*C. C. ust. præpar. ana. Drach. j.
Matis scrup. ij.*

Fol. salviae flet. Drach. β.

F. Odōþipūa seu Denti fricū.

R. Rad. bistort.

aluminis

coralle. alb. ana unc. j.

F. pulvis tenuissimus.

*70. Crurum maculæ, si non spon-
tē, ut alias solent, evanescant, ad
eas tollendas, ex pharmacis resol-
venti-*

DE SCORBUTO.

ventibus, discutientibus, & emollientibus, ut baccis juniperi, nasturcio, cochlearia, chamæmelo, meliloti albo, sambuco, thymo, roremarino, pulegio, foliis lauri, Rad. dauci fomenta & balnea præparari possunt. Salom. Alb. in tractatu de Scorbuto hoc fomentum prescribit.

R. Nasturt. uriusq.

Cochlear. ana Mij.

chamæmel.

Herb. Melilot. alb ana M. ff.

Thymus

satureia

pulegio ana M. i ff.

Rorismarini M. ff.

Rad. dauci. Drach. ij.

Fol. lauri

bucc. juniperi contus.

Coq. ad consumptionem tertio partis, & vapore decocti calidi crura foveantur, vel linteamina aut Ipongia decocto calido madida cruribus imponantur.

71. Si genua & alia membra rigore nimio, & motus aduvapicet afficiuntur, non neglectis medicamentis internis emollientia & discutientia non incommodè adhibentur.

72. Simplicia sunt, herb. parietar. Cochlear, beccabung. Nasturt. aq. absinth. althea, mercurialis, aneth., hypericum, cost. opt. &

ver., Rad. alth. helen., sem. lini, fœnigræci.

73. Composita officinalia sunt Ol. absinth., Nardin., Costin. Mastichin., hyperic., Sam. Succin., chamæmel., lumbric. terrestr., Ung. Martiat. magn. Citrin. Nicol. Dialcheæ. Possunt autem quæjam recensimmo, pharmaca, optimè in fomenta & unguenta hunc in modum aptari, v. g.

Fomentum.

R. Rad. Altheæ unc. iiij.

Herb. parietar.

cotbleat.

beccabung.

nasturt. aq.

absinth.

Flor. Chamæmel.

melilot. ana M. ij.

Sem. lini

Fœnigræci ana Drach. ij

Coq. in aq. cuius vapor. calidus crure excipiatur.

Ung.

R. Rad. helen. contus. Drach. ij

lumbric. terrestr. unc ff.

Coq. in vin. Malyat. deinde adde

Ol. lilior. alb.

costin. ana unc. j.

hyperici unc. ff.

Terebinth. drach. ii.

Ung. Debdellio Drach. iiij.

Medull. crur. Vitul.

ceri; ana Drach. ii

Cera

D 3

DISSERTATIO

Cerae q. s.

F. Unguentum.

74. Super vacaneum hic videatur, singula Scorbuti symptomata, eorumq; curationem exactè percurrere, quilibet Salom. Albertum, Matth. Martinum, Wierum, Severinum Eugalenum, Ronseum, Sennertum & alios consulere potest, qui universam Scorbutinaturam, ejusq; curationem graphicè delinearunt, posteritatiq; conservarunt.

75. Diæta in sex rerum non naturalium usu consistit; quas inter familiam dicit aér, qui primò sit purus, moderate calidus, patens, aut liber, non stagnantium aquarum, & paludum, aut undecunque erumpentibus halitibus & vaporibus vitiosis inquinatus, siq; talis natura non detur, arte & suffumigis ligni aloës, baccar. lauri, juniperi, Rorismarini, thuris, mastichis, lycracis, succini, laudani, benzoi &c. procuretur. Joh. Langius lib. 2. epist. 14. dicit, aërem debeare reddolere columbarium, quia ex columbarum fimo multæ sulphureæ & nitrosoæ proveniunt exhalationes, quibus intro attractis, mechanici nostri spiritus ad expulsionem mali hujus animosiores redduntur.

67. Cavendus deinde modis

omnibus cibus Scorbuticam cachymiam suapte natura accersere natus, & humorem melancholicum, crassum & tartareum præbens, quæ vis maligna in humani corporis oeconomiam corrivari induciq; queat: valde v. vice versa confert cibus ~~et xviii~~ ~~et xix~~ ~~et xx~~, incidens, detergens, leviter astringens, optimam ~~me~~ ~~me~~ ~~me~~ efficiens, ut panis triticaceus, optimè fermentatus, cum aniso, carvo, fœniculo & paucō salē conditus, nec vetus admodum, nec recens nimium. Commendatur præ reliquis carnibus columbina, utpote quam præsentaneam antidotum esse relaxationi omnium membrorum Zoâr Soldano scripsit; deinde vitulina, bubula junior, agnina, gallinacea, ut & avium montanarum (non palustrum) pisciumq; saxatilium, hyssopo, rore marino, thymo, satureia, croco, cinamomo, macere, Zingiberé moderate condita, vel cum succo malorum aurantiorum, vel limonum, assari, vel succo citri ad appetentiam extimulandam irrigata. His apponatur tremor pisanæ, saccharo dulcoratus, qui, nisi habeat aliquid lensoris & viscidi, tatis, bonum alimentum præberet, facile transit, & meatus abstergit.

Aceto

DE SCORBUTO.

Aceto nimium condita edulia ad Anticyras relegentur; acetum n. coctionē & πευμάτων prohibet, humores figit, melancholiā auget, ut dissit: 23. vidimus. Nec cibis dulcioribus locus concedatur, cum glutinosum quoddam & obstructiones pariendi vim habent. Et propterea optimē de Spleenīcis antiquum illud dicitur: Τοῖς απληγοῖς τὰ μὲν ὅρματα, καὶ τὰ πικές τοφέλημα, τὰ δὲ γλυκά βλαβερά.

57. Potulenta quod attinet, cerevisia benē cocta, defœcata, absinthio, lingua cervinā, salviā, betonicā, roremarino atq; alii herbis condita, primatum sibi apud nostros facile vendieat: quin nec vinum Rhenanum, nimirum verum, aut Gallicum purum, malis citiis insiccatum, ut & absinthiēten, chamædriten, heleniten, præcautionis causā adversamur, pro consuetudine & ex naturarum diversitate bibentis magis mintis diluta, ut quibus vires aluntur, recreantur, roburq; accipiunt; nec a quam fontanam, claram, chalybeatam decocto ceterach dilutam planè rejicimus; imprimis vero commendatur caprinum vel aliud lac, in quo nasturt: aq, cochlearia, beccabunga cocta sunt.

78. Motus in principio moderatus sit, in declinatione vero aliquanto vehementior; in somno insuper & vigilia mediocritas est observanda, ut ne quid desit, aut redundet, sed horum quicquid est, id expediat, quadrat, & prout dici solet numeros omnes adimpleat.

79. Alvi excrementa quotidie bis vel semel certe dejiciantur, urina similiter, quoties excerni desiderat, expellenda.

80. Magnus etiam consensus datur corporis cum animo, adeò ut vix unquam ægrotent, quorum in corpore sano mens sana est; quin &ægro semper vel animo vel corpore sint, qui alterutrā sui partē laborant. Igitur ira, mœror, odium, metus, graviores cutæ, domesticus tortor, invidia, totumq; animi perturbationum genus maxime operè fugiendum est.

81. Animi perturbationibus adnexa est libido & venerea cupiditas, quæ quo rarior, eo utilior, estque ex pythagoræ placitis nobile hoc pronunciatū: coitum demum utendum esse, cum quis se ipso infirmior fieri volet: quæ profecto sententia incorruptā voce bene judicantium laudem gloriamq; meretur. Ejus enim immoderatio caloris innati, spirituumq; vitalium penuriam, quovis sanguinis

DISSERTATIO

guinis fluore modis omnibus no-
centiorem invehere consuevit.

82. Similiter balneum aquæ te-
pidæ convenientissimum est, per
aliquot dies usurpatum. Utiliter in
eo beccabung. cochlear. absinth.
flor. chamæmel. melilot coquuntur.
Frequenter iterandum est, si
tempus anni fuerit oportuum;
quandoquidem Galenus refert lib.
8. de luc. affect. c. 6. solis balneis
quarem dulcium se multos me-
lancholicos curâsse absq; ullo me-
dicamento.

83. Accedimus tandem ad præ-
servationem & conservationem
cujus scop⁹ præcipuus est, ne quis
in periculum hunc malorum la-
byrinthum incidat, aut elapsus re-
eidat. In securitatis itaq; portu
navigaturus temperantia primum

operam impendat, quæ sanatio
nutrix existit, aurumq; potabile,
lapidem philosophicum, quintam
essentiam è margaritis sorbiti
unculam, Elixir nobilissimum su-
perat; antidoto deinde scorbutica,
in apothecis undiq; præparata,
singulis vel alterius diebus utatur.
Nos Laconicæ brevitatis memo-
res, ita Jasonis nostri effigie coro-
nidem imponimus, & ea, quæ reli-
qua charta non capit, quæq; ab o-
tiosis ingenii post fornacem ex-
cogitari solent, cum parum in ipsa
praxi afferant utilitatis, silentii
pampinis studio involvimus; illiq;
solum, à quo Medicina & ipsa fa-
nitas dependet, sit laus, honor,
gloria, & gratiarum actio in
æternum.

PROBLEMATA.

1. Q. An sanguis maternus
sit vera causa variolarum &
morbillorum? A.

2. Q. An febris ephemera,
& synocha sine putredine, à se-
rosis sanguinis parte ebulliente
proveniant? A.

3. Q. An pilulae purgantes
ante Cœnam sint sumendas? N.

4. Q. An clysteres nutritiæ? N.

5. Q. An usus aquarum ther-
malium in melanchol. hypo-
chondriaca conveniat? A.

6. Q. An Condi vulnus inflictu
necessario mortem afforat? A.

7. Q. An vinum febrenti-
bus tanquam medicamentum
alimentosum sit standum? N.

8. Q. An

8. Q. An evacuatione sanguinis evacuentur spiritus & calidum innatum?

9. Q. An ventriculus fermento suo specifico sit dotat? A.

10. Q. An sub venenis medicina lateat? A.

11. Q. An corpus humanum sale tanquam balsamo conservetur? A.

12. Q. An sal in coctionibus maneat immutabile? A.

13. Q. An podagra quarta na, calculus sint morbi curabiles? A.

14. Q. An semen habeant mulieres? A. cum Galeno lib.2. de sem. c.1. & 4.

15. Q. An semini muliebri, & si equalem cum masculo vim

non habeat, vis tamen activa aliqualis ei tribuiposuit? A.

16. Q. Qua sit gemellorum vel plurium liberorum causa? Non divisæ in utero cellule; nulla enim ibi videntur; sed divisio seminis juxta Hippocrat. lib. I. de Diæt.

17. Q. An Spiritus putrescere possint? A. cum Aristotele l.s. de Generat. animal. c.45.

18. Q. An detur aer purg? N.

19. Q. Au aqua elementaris detur actu pura? A.

20. Q. An mare habeat contagium? A.

21. An consideratio principiorum Chymicorum pertineat ad physicam? A.

Tunc Geor. Dorscheus.

Præstantiss. & pereximio Dr. Respondenti.

A Dd agnoscendum morbus qui sufficit, (ajunt)

Ille ad curandum sufficit ipse quoq;

Ad cognoscendum tua sufficientia magnis

Viribus ingenii se probat atq; bonis.

Hinc de curando feliciterominor! Adsit

Nouitæ & curæ maximus ipse Deus.

vovet.

Joh. Georg. Dorscheus, D.

E

Ad Dn.

Ad Dn. Respondentem

Scorbutum melius chartā tractare, vel ore;
Quam sub morbosā carne fovere, puto.
Attamen est artis morbum cognoscere, veras
Et causas tanti proposuisse mali.
Hoc facis. Ergo tuos laudo, TILINGE, labores.
Perge Machaonias quærere gnavus opes.
Sic, quod jam verbis tractas, feliciter herbis
Ut cures, potis est qui dare cuncta, dabit.

scrib.

Henricus Rahne, J.D. & Prof.

Flos juvenum florens TILINGI dum SCORBUTUM
Depingis, Morbi causa dolusq; patet.
Perge: & quem cursum Musis & Apolline charus
Cœpisti egregiè continuare stude.
Sic Patria pergratus eris, pergratus amicis,
Et tandem votis sœpè cupita feres.

Johannes Bacmeisterus, Med D.P.P.
& Poliater Rostochiensis.

Ars, quam commendat Deus & Proceres venerantur,
Quid refert? si plebs infima carpat eam;
Ars Phœbæa Deo præstans & clara peritis,
Vulgi imposturas vix tamen effugiet.
Hinc deterrei stultum, sed cœcutienti
Larvā detractā; lucem aperire decet:
Nam licet interdum accedat manibus sceleratis
Ad Medicinām foœ sordida plebeculæ;
Quales vanilogni pugiles, sagæ, canicidæ,
Judæi, Monachi, sortilegi, vetulæ,
Mechanici pigri, bipedium καθάρημα plura.
Quis prudens inde hos annum eret Medicis?

Judicium

Judicium TILINGE aliud de nobilitate
Artis fers medicæ, dum duo crura tenens;
Usu, Judicio firmas, simul & ratione,
Præside præclaro, de Scelotyrbe theses:
Fulcris hisce carens, procul est relegandus ab arte
Ne claudus, cœcus concidat in foveam.
Tum meliora sequens, Phœbi Charitumq; favorem
Acquisis cultmen postea honoris actis!

Honoris ac benevolentia causa scrib.

Henricus Wendt, Med.D.

A Bdita tabifici Scorbuti semina tollis,
Nec non Symptomatum spicula dira secas.
Perge pari studio plures exponere morbos,
Præmia propediem Diva Hygieia dabit.

gratulabundus adjiciebat

Justus Marpman, Osnabr. Westfalus.

Q Vanta Tibi fuerit cura enucleare TILINGI
scorbuti causas, publica scripta probant.
Qualia conciliant laudem documenta Laboris,
Ut Patriæ sias docta Medela tua.

Hicce Eximio ac Præstantissimo Dno Tilingio, Amico, ac Fautor i suo dilecto gratulari voluit volante
crenâ

Christoph. Hermann. v. Namshausen/
Quakenbrugâ Westphalus.

S Ic tandem Medicis cessare silentia linguis
Efficis, & Coum fers ansam non racuisse,
TILINGI, Cathedram dum scandis dogmate monstrans
Quid Scelotyrbe velit nec non stomachate putetur
Et quâ Scorbutid potis est ratione mederi.
Perfice quæ tua sunt, TILINGI, ac expime doctum
Ingenium, doctis in rebus docta loquendo,
Sic tibi Scorbutus non hic Symptoma trader
Tristia, sed virtus meritâ te laude manebit.

Faucula hac in honorem Amici Respondentis adjiciebat
Achatius Hager / Hamb.

Nil repetita iterum solis versura bearet

Frögibus æstivi tempora læta solis

Nec crebrâ vomeris versurâ curvus arator

Excludâset agri rustica pensa sui,

Haut secus in studiis: Tu quicquid, amice, laboris

Ante exhausisti, nunc quoque falce metes,

ita scribens gratulab.

Christianus Lakeman / Stadenfis.

AScendis cathedram multa cum laude, TILINGI,

Scorbuti Medicus nunc thema ferre Sephy,

Perge diu felix, causas trutinando malorum,

Ut mala nulla feras; sed mala multa ademas.

Indiga namq; malis morborum obnoxia vita.

Inde salus homini, gloria multa Deo.

gratulabundus hęc apponebat Dn suo populari

Johannes Wilckens. SS. Theol. & Ph. St.

Vous favez bien, Monsieur, ce qu'on dit, la science:

Ne vient pas en dormant; ains mal de l'ignorance

Ca done, mon vray amy, suivant le droit chemin

'Vouz verrez qu'en dormant ne vient pas MEDICIN.

ainsi pour gratuler son bien aimé

Jean Adolph Scholvin, B.

Dum de scorbuto disquiris, docte TILINGI;

Gratulor: &c cōpram currere perge viam,

Cæptain perge viam; sic te redeunte, redibit

Felix ad patrios ipse Machaon agros.

Henricus Mejohl. B. B.

Corrigenda.

§. 6. ut humorum omnium usq; ad effectrix ponantur in parentesi. §. 10. l. 4 pro habuit lege recensuit. §. 14. l. 3 leg. farragine, l. 7. leg. ex. §. 23 pro £pone. §. 27. l. 13. in dele. §. 28. l. 27. Dodoneo. l. 28. Foreſeo §. 30. l. 22 pro avogelia àvegezia. §. 31. l. 18. nigrities. §. 35. l. 11. pro insolitus insultus leg. §. 46 l. 36. vneſectionis. l. 37. pro adhiberi leg. aperiri. l. 43. c. XX. §. 58. l. 16. idpahrg. l. 29. scrup. β.

¶(o)de



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730121739/phys_0040](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730121739/phys_0040)

DFG

DE SCORBUTO.

Aceto nimium condita edulia ad Anticyras relegentur; acetum n. coctionē & πνευμάτωσιν prohibet; humores figit, melancholiā auger, ut differt: 23. vidimus. Nec cibis dulcioribus locus concedatur, cum glutinosum quoddam & obstructiones pariendi vim habent. Et propterea optimē de Spleenīcīs antiquum illud dicitur: Τοῖς απληγοῖς τὰ μὲν ὅρματα, τὰ τὸ πικρὸν τοφέλημα, τὰ δὲ γλυκία βλαβερά.

77. Potulenta quod attinet, cerevisia benē cocta, defœcata, absinthio, lingūa cervinā, salviā, betonicā, roremarino atq; aliis herbis condita, primatum sibi apud nostros facile vendieat: quin nec vinum Rhenanum, nimirum vere, aut Gallicum purum, malis cittiis insuccatum, ut & absinthiēten, chamædriten, heleniten, præcautionis causā adversamur, pro convetudine & ex naturarum diversitate bibentis magis mintusve diluta, ut quibus vires aluntur, recreantur, roburq; accipiunt; nec aquam fontanam, claram, chalybeatam decocto ceterach dilutam planè rejicimus; imprimis vero commendatur caprinum vel aliud lac, in quo nasturt: aq. cochlearia, beccabunga cocta sunt.

78. Motu ratus sit, in quanto vehes intuper & vi observanda; redudent, sed id expediat, c. solet numero.

79. Alibi vel semel na similiter, derat, expell

80. Mag datur corpo ut vix unqua in corpore quin & agro corpore sint te laborant odium, met mesticus to animi pertu ximoperē f

81. Anim nexa est lib tas, quæ q estque ex p bile hoc p demū ut se ipso infi profeeto se ce benē ju riamq; me deratio cal vitalium

ode o ali omne tas est it, aut id est, ut dici pleat. otidie ur, uri i desi

sensus , adeò uorum na est; mo vel sui par. aeror, itæ, do otumq; us ma

ibus ad cupidi tilior, citis no situtum um quis et: quæ apta vo em glo immo situumq; ovis san guinis




Image Engineering Scan Reference Chart TE/63 Serial No.